



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

325

A

91







325a/1

5

SPECIMEN JURIDICUM INAUGURALE

DE

OBLIGATIONE NATURALI EJUSQUE  
EFFECTU EX JURE HODIERNO,

QUOD,

SUPREMO FAVENTE NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI,

HERM. JOH. ROYAARDS,

THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.

AMPLISSIMIQUE SENATUS ACADEMICI CONSENSU, AC  
NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

PRO GRADU DOCTORATUS,

SUMMISQUE IN JURE ROMANO ET HODIERNO  
HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE AC LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

CORNELIUS WERNARDUS VAN VOORST VAN BEEST,  
*RHENO-TRAJECTINUS.*

AD DIEM VIII OCTOBris MDCCCXXXIV, HORA II.



TRAJECTI AD RHENUM,  
Ex OFFICINA JOH. ALTHEER,  
ACADEMIAE TYPOGRAPHI.



DE OBLIGATIONE NATURALI  
EJUSQUE EFFECTU EX  
JURE HODIERNO.

---

§. I.

Inter varias, quae a juris interpretibus proponunter obligationum divisiones, haec quoque occurrit, quod obligationes dicantur aut naturales aut civiles, sive ut aliis placet, quod sint naturales tantum, aut civiles tantum, aut naturales et civiles simul, quae et mixtae dicuntur.

Qui posteriorem divisionem proponunt, eam

inde petunt, utrum obligatio fundamentum habeat aut in aequitatis sive juris naturae tantum praexceptis, aut in mera ratione civili aut in utroque simul. Sed, cum quoad effectum non differat obligatio illa mera civilis atque mixta (1), prior divisio probanda magis videtur; quam si sequamur, civilis obligatio nobis dicenda videtur, illud juris vinculum inter duas pluresve sed certas et definitas personas (2) contractum, quo al-

(1) Mera Civilem nempe Juris nostri Interpretes illam dicunt obligationem quae ex mera ratione Civilioritur. Quae scilicet, nisi lege esset imposta, nullo modo existeret. Vid. Toullier tom. VI n°. 379 et 380; alio vero sensu Juris Romani Interpretes qui intelligunt illam obligationem quae actionem stricto Jure producit, sed quae per exceptionem perpetuam aequitatis causa excluditur: cum autem talis obligatio nullum revera vinculum juris contineat, a recentioribus etiam jure Romano illa divisio rejicitur.

(2) Vinnius, Comment. Inst. 3. 14. princ.

tera alteri ad aliquid dandum, faciendum vel non faciendum ita secundum juris civilis praescripta adstricta est, ut nisi sponte satisfaciat, publica auctoritate ad id cogi possit: verbo, obligatio quae jure civili munita est actione, et qualis intelligitur quoties in genere obligationis vocabulum in jure adhibetur: obligatio vero naturalis, vinculum inter duas plurasve certas et definitas personas, quo secundum aequitatis vel juris naturae praecepta, altera alteri ad aliquid tenetur, quod vero, quamvis in jure civili non omni effectu destitutum, actionem non parit, vel actionem inefficacem seu quae exceptione perpetua inutilis reddi potest. Sic vi obligationis ab uxore sola initae si agatur, exceptione inutilis reddi potest actio, modo ea fuerit proposita. Cum autem tale vinculum nullam imponat necessitatem, cum nemo facultate cogendi gaudeat, stricte obligatio dici non posset, attamen, cum sit vinculum aequitatis quo quis foro interno ligatur,

et cui jus civile quosdam obligationis effectus tribuat, latiore sensu obligatio dicitur, non tantum a Jurisconsultis Romanis sed etiam in nostro legum civilium Codice, in quo ejusmodi obligationum mentio fit in Art. 1235.

Ut autem obligatio naturalis adsit, hoc imprimis requiritur, ut adsit aliquod speciale vinculum, uti diximus, inter certas et definitas personas, cuius vi alter alteri secundum legem moralem aliquid solvere tenetur, sive ut adsit aliquod debitum. Non igitur hic vocabulum obligationis naturalis, comprehendit omne id, ad quod homines secundum legem moralem tenentur, uti a multis in primis antiquioribus juris naturalis interpretibus sumitur. Quod ita secundum legem moralem incumbit homini erga Deum, erga alios, officium est, quod omnes spectare potest, ita ut nullum jus ne secundum naturae quidem praecpta alteri competit, unde etiam licet obligationem, imper-

fectam tamen dicunt; atque ita obligationis et officii notionem confundunt; quam vero recentiores philosophi inter obligationem et officium confusionem exemplo Iudiciorum Romanorum evitarunt. Atque Auctores Codicis Civilis in hisce etiam juris Romani principia securti sunt.

Sic v. c. officium est divitis pauperibus eleemosynam dare, sed cum nullum adsit speciale vinculum quo dives paupcri teneatur, datio eleemosynae non est implementum obligationis, non est solutio debiti ne naturalis quidem, sed est liberalitas nullo jure cogente facta, sive donatio. Itaque quod ita datum repeti non possit, non est effectus obligationis naturalis, sed quia temere repeti non potest, quod donatum est.

Ab altera tamen parte non nimis stricte obligatio naturalis requiritur, ut saltem repetitionem soluti inhibeat, nam licet non ex strictis juris naturae principiis quis obligatus sit, ad hoc sufficit ut pietatis causa se

obligatum aestimaret et animo huic obligatiōni satisfaciēti solveret.

Hisce igitur in genere de natura obligatio-  
nis naturalis praemissis, videāmus de diversis  
quae ex principiis juris hodierni existere pos-  
sunt obligationum speciebus, earumque in ju-  
re effectibus.

§. II.

Jure nostro pari modo ac jure Romano,  
non semper eodem sensu, nec eodem cum  
effectu, naturaliter obligatus quis dicitur, sed  
in genere hic animadvertisendum, effectus qui  
jure nostro tribuuntur obligationi naturali  
longe minorēs esse quam jure Romano. Hoc  
enim jure poterant existere obligationes na-  
turales, quae omnes effectus habebant obli-  
gationis civilis, sola excepta actione. Hae  
nempe ex pactis nudis oriebantur. Nam quod  
pacto nudo promissum erat, actione qui-  
dem exigi non poterat, sed opposita excep-

tione poterat compensari cum debito ci-  
xili (1), novari (2), admittebat fidejusso-  
res (3), pignora vel hypothecas (4), et tan-  
dem, quod cum omni naturali debito com-  
mune erat, solutum non poterat repeti tan-  
quam indebite solutum (5). Jure nostro  
vero, quo non ita inter pacta et contractus  
distinguitur, omnes conventiones, dummodo  
non sint legibus aut bonis moribus contra-  
riae, vim obligandi habent. Atque si in  
nonnullis causis solennitates quaedam ad es-  
sentiam contractus requirantur, uti in dona-  
tione, contractu nuptiali, et hypothecae con-  
stitutione, harum solennium neglectus effi-  
cit, ut negotium in jure non existat; et si  
vel maxime in hisce casibus aliquando unus

(1) L. 6. ff. de compens. (18. (2.)

(2) L. 1. in. f. ff. de Novation. (46. 2.)

(3) Arg. 1. 16. §, 3. ff. de Fidejuss. (46. 1.)

(4) L. 5. de Pign. (20. 1.)

(5) L. 10. ff. de O. et A. l. 19. ff. de Cond. indeb.  
(12. 6.)

alteri, ex promissione accepta, naturaliter obligatus sit dicendus, uti in donatione neglecta forma fieri potest, haec tamen obligatio longe minores habet effectus, quam quos jure Romano praebet obligatio naturalis nudo pacto contracta; uti infra latius videbimus.

### §. III.

Ut autem appareat, quinam obligationis naturalis jure nostro sint effectus, primum videtur dicendum de variis casibus, in quibus jure nostro obligatio naturalis adesse potest.

Prima igitur species obligationis naturalis dicenda videtur, quando jure naturae certa quaedam persona alteri aliquid praestare tenetur, ubi tamen obligatio haec nulla actione jure civili est munita. Sic v. c. parentes ad liberos educandos et dotandos se-

cundum pietatem tenentur (1), attamen h<sup>e</sup>c obligatio ad liberos educandos atque alendos jure civili sit firmata (2), ad dōtem petendam actio expresse denegatur (3). Sic etiam obligatio ad mercedem sive salarium praestandum pro operis praestitis naturaliter adest, quamvis jure civili salarium nisi e conventione, peti nequeat.

Quod tamen ita intelligendum est, ut non in genere officium gratitudinis jam tanquam obligationem naturalem agnoscamus: sed ita ut officia certa et designata, quae obligationem civilem inducere possent, si aliquo actu ea tanquam causam obligationis civilis agnosceret, efficiant, ut alter in quem collata sunt, si pro iis remunerationem vel salarium praestat, magis debitum naturale solvere videatur, quam donationem facere (4);

---

(1) L. 32. ff. Cond. ind.

(2) Art. Cod. Civ. 203.

(3) Art. Cod. Civ. 204.

(4) Cf. l. 27. 19 juncta l. 32. ff. de donat. et Merlin, Q. m. Tégitimité §. 7.

unde talis remuneratio, nec ob formæ donationi inter vivos præscriptae defectum impugnari, nec ob transgressam portionem disponibilem, aut ob alias causas, quae ad donationem revocandam valent, revocari potest. (1)

Huic tamen sententiae obstare videtur nonnullis articulus Codicis Civilis 960. Quo dicuntur omnes donationes, etiam remunerandi causa factæ, ipso jure revocari ob liberos supervenientes. Sed explicari posse videatur hic articulus, ut spectet tantum donationem remuneratoriam, ubi officia præstita non sint certa et definita, aut ubi donatio excedat verum officiorum valorem. Hoc enim casu quatenus mera liberalitas adest, donatio omnino esset revocanda, Judicis autem erit in quacunque causa aestimare num ita donatio, et quatenus excedat implementum obligationis naturalis.

(1) Sirey, rec. 2. 1811. p. 478 et 1813. p. 56.

## §. IV.

**S**ecunda species obligationis naturalis locum habet, ubi ex juris civilis regulis generalibus, actionem produceret obligatio, sed ubi ob utilitatem publicam vel conventionis causam minus probandam, actio denegatur, talis est v. c. obligatio ad solvendum, quod alea atmissum est, sive quod ex ludis vel sponzionibus debetur, exceptis casibus in quibus ad animi vel corporis vires exercendas tendunt nec pretium immodicum est.

Jure Romano tam odiosa et bono publico contraria habebatur alea, ut non tantum exigi non posset, quod ex ea deberetur, sed etiam repeti posset, imo per quinquaginta annos; quod aleae causa esset solutum; (1) ita ut haec obligatio, licet per se naturalis, plane reprobata esset jure civili.

(1) V. l. ult. C. de Aleat.

Codicis vero auctores, qui etiam improbarunt ludos et sponsiones, quia maxime nocere videntur societati, actionem quidem, nonnullis casibus exceptis, denegarunt (1), attamen, si absit dolus, metus, vel alia quae et obligationem naturalem tollunt, noluerunt ut quod solutum esset, repeti posset (2).

Itaque etsi ex generalibus juris principiis conventio haecce obligationem civilem produceret, ob specialem causam legislator actionem denegavit, sed simul agnovit, dummodo dolus vis vel error absit, obligationem naturalem existere, quae ex mutuo consensu de eo, quod per se non illicium est, in hac conventione aleatoria oritur.

Nonnulli ad hanc speciem obligationis naturalis, de qua dictum, referunt etiam obligationem e conventione de usuris, ultra modum lege definitum, solvendis. Sed quamvis per

(1) Vid. Art. Cod. Civ. 1965.

(2) Vid. Art. Cod. Civ. 1967.

se quidem talis conventio secundum jūris naturae principia obligationem produceret, nulla tamen obligatio, ne naturalis quidem, inde oriri dicenda videtur.

Lege enim expressa non tantum actio denegata est ad petendas usuras immodicas, sed omnis earum praestandarum necessitas infirmata et prohibita; ita ut solutae vel in sortem imputari debeant vel repeti possint; tales autem causae non magis jure hodierno, quam Romano, cum obligatione naturali confundendae videntur (1): nam lege aliquem actum plane prohibente, civibus etiam moraliter non licet illum committere, adeoque e tali negotio ne naturali quidem jure obligari possunt.

§. V.

**Tertio loco a nonnullis juris hodierni in-**

---

(1) Vid. Warnkoenig, Comment. l. 3. c. 4. §. 536.

terpretibus ad obligationes naturales, et quidem stricte sic dictas referuntur obligationes civiles, quae actionem quidem producunt, contra quam tamen debitor per exceptionem perpetuam tutus est, si nempe causa exceptionis utilitas publica sit, non vero talis ut omnem obligationem etiam naturalem tollat. Sic obligationem naturalem adesse dicunt, ubi actio per exceptionem rei judicatae, jurisjurandi aut praescriptionis inefficax redditur; ubi enim revera, nec solutione, nec alio modo, qui et secundum juris naturae praescripta obligationem tollit, debitum sit extinctum, utilitas publica, ob quam iurandum et res judicata omnem litem de eadem causa excludit, atque tempus definitum est, ultra quod actio non amplius datur, efficere non potest, ut debitor in foro conscientiae liberatus sit, adeoque vinculum naturale manet (1). Sed quando exceptio fundamentum

---

(1) Vid. Pothier traité des oblig. part. II. chap. 2. num. penult (179).

habet in causa, ob quam obligatio naturali  
facte etiam infringitur, uti in metu sive vi,  
dolo vel errore, quae consensum impediunt,  
nulla naturalis obligatio adesse potest.

### §. VI.

Quarta tandem obligationis naturalis adest  
species, si obligatio quaedam juris civilis  
auxilio destituta est, quae tamen actionem  
produceret nisi specialis legis dispositio ades-  
set: huc pertinent, obligationes, quae ex  
negotio oriuntur, ad cuius formam solennitates  
quasdam requisivit legislator, ita tamen ut  
non omnem, etiam naturalem, obligationem  
ex tali negotio tolleret. Ea nempe negotia  
quae non absolute sed relative nulla sunt  
propter solennitates neglectas, si per se nil  
turpe aut bonis moribus contrarii contineant,  
et libero partium consensu inita sint, obli-

gationem naturalem producunt: sic, cuius mentionem jam supra feci, donatio celebrata instrumento privato, licet auxilio civili destituta, naturaliter donatorem obligaret ad praestandum quod promisit.

Huc porro et quidem primario pertinet casus, ubi obligatio per se spectata esset civilis, sed ubi consideratio personae effecit, ut sese civiliter obligare non posset. Facultas scilicet, contrahendi Codice Civili est juris communis, unde regula, omnes contrahere possunt, qui jure civili non declarantur incapaces. Contrahere non posse omnes, qui consentire non possunt, sive intellectu carent, sponte appareat: sed sunt personae quae intellectum habent adeoque consentire et proinde naturaliter se obligare possunt, quae tamen a lege civili incapaces contrahendi habentur. Tales sunt minores, qui intellectum habent, maiores qui interdictionem subierunt, quique in dilucido intervallo contractum iniverunt, uxor, quae sine auctoritate mariti vel judicis

contraxit, aliaeque, quae articulo 1124 Cod. Civ. enumerantur. Tempus autem quo minor consentire possit, adeoque se naturaliter obligare, judicis est arbitrio relictum.

Expositis autem primariis causis, e quibus obligatio naturalis jure hodierno oriri dicenda sit, transeamus jam ad effectus, qui tum omni obligationi naturali, tum in specie ei, de qua ultimo loco diximus, in jure civili tribuuntur.

## §. VII.

Primarius et generalis obligationis naturalis effectus in eo consistit, ut quod ad talem obligationem solvendam sponte est praestitum, repeti non possit tanquam indebitum. « *La repetition n'est pas admise à l'égard des obligations naturelles, qui ont été volontairement acquittées* » dicitur Art. Cod. Civ. 1235.

Omnem solutionem scilicet, cum sit prae-  
stationis naturalis ejus quod debetur, aliquod  
debitum praeponere, cuius solvendi obligatio  
adest, sponte ex ipsa rei natura intelligitur,  
tum vero etiam tanquam generale principium  
in ipsa legē, articulo modo citato, sancitum  
est; « *Tout payement suppose une dette.* »  
Proprie igitur solutio cogitari non potest,  
nisi aliquod debitum praecesserit, attamen  
si actum externum respicimus, solutionem  
etiam dicimus illum actum, quo aliquid praesi-  
tūm est tanquam debitum, sive obligatio-  
nis tollendae animo. Quod igitur, ita solu-  
tum est, sive praestitum tanquam debitum  
et tamen non debebatur, repeti posse, tum  
aequitati consentaneum est, tum ex soluti-  
onis natura sequitur, tum demique expressa  
lege constitutum est. Dicto enim articulo,  
legislator posito principio, omnem solutionem  
ponere aliquod debitum, aliud, quod inde  
sequitur, sancivit principium hisce verbis.  
« *Ce qui a été payé sans être du, est su-*

“*jet à repetition.*” Atque hoc principium confirmavit in Codicis loco, quo de obligacionibus quasi ex contractu agitur, ubi legislator, illi qui sive sciens sive errore ab alio quid accepit, quod ipsi non debebatur, obligationem imposuit restituendi quod accepit (1); et merito, nam cum sine debito solutio revera cogitari non possit, sequitur id quod praestitum est, sine ulla causa penes accipientem esse, quod ex regula neminem locupletiorem fieri debere cum danno alterius, in jure non licet.

Si igitur ille qui accepit indebito solutionem, repetitionem excludere vult, probare deberet alterum scienter solvisse indebitum, adeoque, quamvis nomine solutionis, revera donationis causa, aliquid praestitisce (2).

At vero uti jure Romano, ita etiam jure

(1) Vid. Art. Cod. Civ. 1376.

(2) Cujus per errorem dati repetitio est, ejus consulto dati donatio est. I. 53. ff. R. J.

hodierno indebitum intelligitur, quod plane non debebatur, nec jure civili, nec jure naturali.

Jure Romano nempe etsi stricte *debitor intelligitur is, a quo invito exigi pecunia potest*. (1) tamen Julianus jurisconsultus (2) ait: « *licet minus proprie debere dicantur naturales debitores; per abus sionem intelligi possunt debitores, et qui ab his pecuniam recipiunt debitum sibi recepisse.* » Quod etiam aliis locis nec paucis confirmatur (3). Jure nostro idem dicendum propter expressam supra allegatam articuli 1235 dispositionem. Itaque qui aliquid sponte sive volenter praestitit, quod civiliter quidem indebitum erat, adeoque ab eo exigi non poterat cum effectu, sed quod praestare tamen ex jure naturae seu in foro conscientiae adstrictus erat, non potest re-

(1) V. l. 108. ff. v. s.

(2) In lege 16. §. 4. in f. ff. de fidejuss.

(3) Tit. ff. de cond. indeb. imprimis l. 26. ff. eo tit.

petere hoc fundamento , quod indebitum solutum sit.

Quod enim naturaliter debitum praestitum est solutionis nomine , non sine causa datum est, sed ut tolleretur vinculum illud naturale , qno ipse solvens se ad praestandum , quod dedit, adstrictum professus erat ipso facto solutionis.

Hic igitur communis omnium obligationum naturalium est effectus , ut si iis a volente satisfactum sit, solutum tanquam indebitum repeti non possit: nec interest utrum tale fuerit debitum naturale, ad quod petendum nulla actio in jure civili daretur, an vero tale, cuius exactio per exceptionem, ratione civili descendenter excludi potest. At vero ut excludatur repetitio soluti, non sufficit, ut id quod praestitum est, naturaliter debeatur, sed plura requiruntur, quorum primum jam in ipso articulo 1235 citato proponitur, ut nempe voluntario satisfactum sit obligationi.

De hoc igitur et ceteris, quae ex aliis iuriis principiis sequuntur, requisitis, nunc paucis dicendum videtur.

## VIII.

Primum igitur, quod requiritur *ut debitum*, *naturale tantum*, excludat repetitonem soluti, ipso articulo 1235, definitur; requirit nempe ut obligationi naturali satisfactum sit *volenter*, (*volontairement acquittée*). Causa enim cur legislator repetitionem negat, non diximus, in eo consistere videtur, quod adjuvandus non sit, qui sponte agnoscit se ad solvendum adstrictum, quamvis ad id jure civili cogi non posset, vel qui semel renunciavit facultati illud debitum retinendi, quam scilicet lex civilis ipsi concesserat, sive vinculum quod contraxerat actione non muniendo, sive actionem, quae ex iuriis principiis generalibus oriatur, denegando, sive

contra eam ob specialem personae savorem exceptionem concedendo. Hoc autem fundatum deest, quod non volenter solverit debitor naturalis, id est non sponte et eo animo ut hocce debitum solveret.

Quoties igitur non a volente, *volontairement*, satisfactum sit obligationi naturali, id quod solutum est, si civiliter indebitum erat, etiam repeti potest.

Cum vero, si id quod solutum est, naturaliter debitum erat, praesumi debeat solvens hoc debitum naturale extinguiere voluisse, talia quae voluntatem sive consensum impediunt, a parte solutum repetentis sunt probanda. Ea autem quae voluntatem sive consensum impediunt sunt vis, dolus et error.

Quod si igitur probare possit solvens ad solutionem se vi esse coactum, aut dolo inductum se solvisse, nullum dubium esse potest, quin, etsi naturaliter debeatur, quod solvit, illud tamen repetere posset.

Quod vero diximus, propter errorem etiam solutum debitum naturale repeti posse, paulo fusius est explicandum.

Uti jam diximus, si, qui solvit debitum naturale, praesumendus est voluisse hoc debitum extingueret, praesumptio militat contra eum, adeoque probare debet errorem, scilicet se non solvisse eo animo ut debitum naturale extingueret, sed ut tolleret obligationem civilem, quam falso putabat adesse.

At vero quisque censetur, leges scire, quae est praesumptio juris et de jure unde error juris excusabilis non est; necesse esset ut allegatio ignorantiae speciali legis dispositione admitteretur; quod jure Romano intuitu certarum personarum uti minorum, feminarum, quatenus de jure mere civili quaeritur, factum esse constat e Titulo ff. de Jur. et Fact. ignor.; quae vero dispositiones in Codice non occurrunt. Porro error juris probationem vix ac ne vix quidem admittit. Sponte igitur appareat,

hic nullum alium errorem ad repetendum solutum valere posse, quam errorem facti. Qui v. c. solvit quod alea amisit, inutiliter contenderet se ignorasse legem alteri actionem denegantem; sic etiam qui solvit debitum praescriptione extinctum, repetere solutum nullo modo potest hoc fundamento, quod ignoraverit, ex lege sibi jus retinendi propter praescriptionem competuisse. Sed si probaverit propter ignorantiam facti, temporis v. c. quo debitum fuerit contractum, se ignorasse praescriptionem sibi jam acquisitam fuisse, adeoque animo debitum civile extingendi, non vero ut satisfaceret obligationi naturali, se solvisse, omnino solutum condictione recuperare posse videtur.

Sic etiam mulier, quae vidua solvit ad quod stante matrimonio se obligasset sine mariti vel iudicis auctoritate, non admittetur ad repetitionem hoc fundamento, quod ignorasset sibi retinendi jus esse. Sed si ejus heres solvisset et postea probaret, se

per errorem facti ignorasse illam obligati-  
onem impugnari potuisse, repetitio procederet.  
In hisce enim casibus error probatus exclu-  
deret animum renuntiandi exceptioni et proin-  
de voluntatem debitum naturale agnoscendi  
atque solvendi.

## §. IX.

Secundo loco ut soluti debiti naturalis ces-  
set repetitio, requiritur ut solvens tempore  
quo solvit facultate gaudeat alienandi. Qui  
enim hac facultate caret, non potest valide  
solvere (1) nec renunciare juri suo, unde  
sequitur, debitum naturale non obstare re-  
petitioni ejus quod ab incapable solvendi so-  
lutum est, quod imprimis applicandum ad  
casus, ubi debitum naturale adesse dicatur,  
quia per exceptionem jure civili contra ac-  
tionem tutas est debitor. In hisce enim

(1) Art. Cod. Civ. 1238.

cassis solutio tanquam executio voluntaria continet tacitam ratihabitionem , sive renunciationem remediis , quibus impugnare negotium potuerat solvens vel se defendere contra actionem . Ita v . c . uxor sine auctoritate mariti vel judicis ; minor vel qui interdictionem subiit , si solverint debitum praescriptione extinctum , solutum repeti potest , quia praescriptione renunciare non potuerint et ita efficere ut solutum tanquam civiliter debitum retinere posset creditor , nec alienare potuerint rem solutam et ita efficere ut obligationis naturalis extinguendae causa penes accipientem manere possit . Quodsi obligatio naturalis dicatur propter incapacitatem personae , sponte apparet , uti nulla ratihabitio talis negotii fieri potest antequam causa cessaverit , ab quam persona valide contrahere non potuerit : sic etiam nullam solutionem ante illud tempus factam obstarre restitutiōni in integrum , quae competit incapaci . Atque si , rescisso negotio , accipiens

opponere vellet repetitioni debitum naturale solutum, eadem incapacitas quae contractum vitiavit, impediret etiam quominus valide alienare potuerit, ita ut contra solutionem in integrum restitueretur. Tandem ut solutum, quod non quidem civiliter sed naturaliter debebatur, retineri possit, nonnulli requirunt, ut non talis sit obligatio, quae non in privatorum commodum, sed magis publicae utilitatis causa auxilio civili privata est, quia oritur ex causa jure civili plane improbata. Exemplum istiusmodi obligationis proponunt obligationem ad usuras ultra modum legitimum solvendas: has enim, etsi solutas, in sortem imputare vel restituere debet creditor. Sed ut supra jam dictum est, talis obligatio ex causa lege civili improbata prorsus, videtur potius dicenda ne naturaliter quidem existere, cum tali legis dispositione civibus moralis facultas ejusmodi negotium peragendi adimatur.

## §. X.

Alii effectus obligationum naturalium, neque tamen omnium, hi sunt, ut ratihabitionem seu confirmationem et fidejussores admittant. Hic autem inter diversas, quae propositae sunt obligationum naturalium species, est distinguendum.

Quod enim ad ratihabitionem sive confirmationem attinet, per eam confirmari posse affirmant atque adeo civiliter efficaces reddi illas obligationes, quae naturales dicuntur, propterea, quod negotium, e quo oriuntur, actione efficace orbatum est propter defectum formae vel personarum incapacitatem. Haec ratihabitio potest esse vel expressa vel tacita (1); posterior locum habet si voluntaria executio data est negotio quod vitio laborabat. Utraque vero ut effectum habeat, fiat necesse est ab eo, qui capax est ipsum nego-

(1) Art. Cod. Civ. 1338.

tium, quod confirmare vult, civiliter contrahendi, et postquam causa cessat, quae vitio ansam dederit. At vero minus recte forte talis ratihabiito sive confirmatio tanquam effectus obligationis naturalis proponitur; nam et illa negotia, quae ob vim, dolum vel errorem impugnari possunt, et in quibus igitur nulla adest naturalis obligatio, pari modo confirmationem vel ratihabitionem admittunt.

**A Cl. tamen Toullier (1) et Delvincourt (2),** haec ratihabitio vel confirmatio ad effectus obligationum naturalium referuntur; uti et novatio, de qua quoad tempus quo fieri possit et capacitatem personarum, idem quod de confirmatione et ratihabitione dicendum est.

(1) Tom. 6. N°. 391.

(2) Tom. 5. p. 71.

## §. XI.

Tandem videndum est de fidejussoribus, qui civiliter tenentur, licet principalis obligatio sit tantum naturalis. Jure Romano dummodo certa quaedam et definita esset obligatio naturalis, fidejussor illi accedere poterat. *Fidejussor accipi potest, quoties est aliqua obligatio civilis aut naturalis, cui applicetur* (1). Jure nostro non ita omni obligationi naturali accedere potest fidejussor, nam cum articulo 2012 Cod. Civ. ad validitatem fidejussionis requiratur, ut obligatio principalis valida sit, cum porro articulo 2036 fidejussori tribuantur omnes exceptiones, quae debitori competit, atque debito inherent, apparet in iis causis, ubi obligatio, licet naturaliter, in jure civili tamen non valeat, aut infirmari potest, fide-

(1) L. 16. §. 3. ff. de Fidejuss. §. 1. Inst. eod.

jussores in genere obligari non posse. Unice igitur illa obligatio naturalis fidejussores admittit, quae tali negotio inest, quod ob incapacitatem personae impugnari potest, nam talis exceptio fidejussori in Art. 2012 denegatur. Sic v. c. cum effectu pro minore, pro muliere nupta, quae sine auctoritate mariti vel judicis se obligavit, fidejubere quis potest.

De posteriori tamen casu non omnes consentiunt, quia exceptio vel actio ad ta&em obligationem propter defectum auctoritatis impugnandam, non tantum uxori, sed etiam marito eorumque heredibus Art. 225 Cod. Civ. tribuatur, unde videri posset legislator facultatem hanc obligationem impugnandi tantum denegare voluisse ei, qui cu&m muliere contraxit.

At hoc obstare non videtur, etenim in Art. 2036 citato legislator opposuit exceptiones, quae inherenter debito, iis quae inherenter personae, priores concessit, posteriores

denegavit fidejussori. Jam vero exceptio illa, de qua hic sermo est, non inhaeret debito, sed unice fundamentum habet in ipsa uxoris persona, unde licet marito etiam competit, personalis tamen est uxori, in cuius incapacitate fundamentum habet (1).

Putant tamen nonnulli fidejussorem etiam has exceptiones personales opponere posse, si probare posset se conditionis rei principalis ignarum fuisse, et si fidem suam non de ipsa exceptione nullitatis interposuisset (2). Sed videtur animadvertisendum, causam, ob quam fidejussor in tali casu impugnaret suam obligationem, magis esse ipsi propriam, scilicet errorem, ob quem contractum ex art. 1109 et 1110 Cod. Civ. suo nomine impugnaret, quam defectum capacitatis debitoris principalis.

Verbo animadvertisendum superest, unum ex effectibus, qui Jure Romano tribuebantur

(1) Merlin Rep. v. autorité maritale Sect. 4.

(2) Vid. Maleville Analyse ad Art. 2012.

obligationi naturali, saltem ei quae ex pactis oriebatur, nempe compensationem, jure nostro nunquam obtainere. Ex obligatione enim, cui actio denegatur jure civili, nemo etiam indirecte jus alterum ad solutionem cogendi habere debet: et qui compensationem opponit, excipiendo sit actor; tunc revera lex cluderetur. Itaque ille qui cum muliere sine auctoritate mariti vel judicis, qui cum minore vel eo, qui interdictionem subiit, licet in dilatando intervallo contraxit, quod ex tali contractu sibi debetur naturaliter, minime opponere potest ad compensandum quod ipse minor vel mulieri debet, etiamsi minor major jam factus, vel mulier vidua actionem demum instituat.

Sic etiam petenti aliquod debitum opponi non potest compensatio ejus, quod ipse reo ex alia deberet (1). Quae quidem diversitates ex utriusque juris indole repetendae vi-

(1) Vid. Toullier, Tom. 6. №. 369.

dentur. Jure Romano e pacto actio non nascebatur, quia pactum nulla generali dispositione ad agendum efficax redditum fuit; at tamen voluerunt Romani ut pactum ceteros obligationis civilis effectus producere posset. At jure Hodierni pactum confirmatum est, et habetur contractus, unde civilis obligatio et actio oriuntur. Cum igitur obligatio naturalis hodie adeo sit restricta, non aliter fieri potest, quin etiam naturalis obligationis effectus longe pauciores esse debeant.

## Q U A E S T I O N E S.

---

### I.

*Ab universis Juris Romani principiis deflectit rescissio emtionis propter vilius pretium. Admiserunt hanc Diocletianus et Maximianus in lege 2. Codicis de rescindenda venditione, sed eum secuti Imperatores hanc doctrinam non videntur probasse.*

## II.

*Actio rei persecutoria adversus Exercitores naves, cauponae, stabuli, non oriatur e contra<sup>c</sup>tu, sed e pacto a Praetore confirmato.*

## III.

*Verba Codicis Civ. Art. 19. Si elle devient veuve etiam de uxore divorcio separata intelligenda videntur.*

## IV.

*Constituendi tutorem facultas Jure Nostro parenti denegatur, qui ipse justam protulit excusationis causam.*

## V.

*Poenae, quae ex Edicto diei 11 m. Decembris anni 1813. Art. 7. substituta est in locum poenae operarum in perpetuum praestandarum, abrogatae, sequela non est mors civilis, etiamsi haec diserte abrogata non sit.*

## VI.

*Art. 59. Cod. Poen. ita videtur intelligendus ut socii delinquentium semper quidem eadem poena, nec tamen ad eundem modum, afficiendi sint qua delicti auctores.*

---







